

M. K. 22²
(f. 43 r.)

7

LIBRI QUARTI
POLITICORUM

ARISTOTELIS

Cum Paraphrasi Heinsiana

DISPUTATIO PRIMA,

Quam,

PRÆSIDE

M. SEVERO CHRISTOPHO.

RO OLPIO,

POESEOS ORDINARIO ET MORA-
LIUM EXTRAORDINARIO
PROFESSORE PUBLICO.

publicè ventilandam proponit


d. 5. Nov.

JOHANNES MULLERUS,
Brunovicensis.

JENÆ,

Typis Sengenvvaldianis,
ANNO CJC IJC LIX.





COROLL.

- I. **L**iber Quartus ordine Sextus, & Septimus Quartus esse debet in quæ enim Arist. de Republica Optima dicere promittit, illius partem superstitem tractare incipit in Septimo, cajus autem negligentiâ hæc ingens trajectio librorum facta sit, non certo constat.
- II. Politicus non tantum nosse oportet, quæ Respublica simpliciter optima, verum etiam quæ pro ratione utentium sit optima, immo & alia plura, cen' Aristot. Lib. IV. cap. I. declarat.
- III. Respublica simpliciter optima dici potest, ubi materia & formæ tam bene se habent, ut ne optari possint melius, in qua civis bonus est quoq; vir bonus Lib IV. cap. 7. Respublica vero optima nō est in se quidem non est optima, attamen huic vel illi populo est optima.
- IV. Reipublicæ statum corrigerem posse, non minoris industrie ac laboris est, quam ab initio eam constituere.
- V. Tyrannis inter Respublicas corruptas est pessima, quia optime opponitur, inde Plato recte Tyrannidem vocat ideam injusticeie, quamvis nonnemo Democratiam corruptarum pessimam esse affirmet.
- VI. Idem bonitatem corruptæ Reipublice assignare videtur, fortassis ex mente Platonis, qui Democratiam bonarum Rerum publicarum pessimam, malorum optimam esse afferuit, quod Aristoteles improbat.
- VII. Respublica corrupta non potest per quamvis aliam formam indiscriminatim emendari.
- VIII. Tyrannis Reipublica maxime incommodat; nihil tamen minus Tyrannidem exercens non est statim è medio tollendus.
- IX. Democratis quinque species ex historicis observatas recenserunt Aristoteles, probatque ex diversis vita conditionibus & civitatis partibus; interim plures dari posse non implicat.

)C

X. De

- X. De his speciebus affirmat Heidmannus in dissert. 4. Polit. quod esse tantum possint, non quod aetn sint, verum contra mentem Arist.
- XI. Democratiam ex sola multitudine, Oligarchiam ex sola paucitate quidam perperam affimat.
- XII. Est, qui in Disp. de Oligarchia non veretur scribere. Fatetur paucitatem Oligarchiae, & multitudinem Democratis accidentis aliquod esse inseparabile. Imò non multum pugnabimus, si multitudinem & paucitatem habeas in exigua essentia parte: verum haec phrases, esse accidentis inseparabile, & esse exiguum, essentia partem se invicem destruunt.
- XIII. Democratis notam propriam Stagiritæ ponit, quando homines liberi iidemque inopes numero plures Republicam gerunt: Oligarchie autem, quando divites & nobiles numero pauciores.
- XIV. Ultimam speciem Tyrannidi maximam partem similem esse, & vix nomine dignam ostendit, quod leges nullum ibidem locum habeant, sed omnia populi arbitrio ac libidini permissa sint. Ubi autem leges nullam autoritatem habent, ibi nulla est Respublica.
- XV. Democratis aliarum formarum admitione ita emendari posse, ut accommodatissima civitatibus efficiatur: v. g. Respublica Argentoratensis, ut refert Bernegg. in quest. ad Tac. q. 55. ita ordinata est, ut vitiositas status democratici salutari Aristocratis temperamento corrigatur: falsus ex hoc est Bodinus, scribens lib. 6. de Rep. cap. 4. quod non nisi ii, qui à cordonibus aut coriariis, aut id genus sordidis opificibus stirpem traxissent, summos Magistratus adipiscerentur, cum longè aliter antedictus Autor referat.



01 A 6574


ULB Halle

003 090 566


3



R VD 17



Farbkarte #13



LIBRI QUARTI
POLITICORUM
ARISTOTELIS
Cum Paraphraſi Heinsiana
DISPUTATIO PRIMA,
Quam,
PRÆSIDÈ
M. SEVERO CHRISTOPHO.
R O O L P I O,
POESEOS ORDINARIO ET MORA-
LIUM EXTRAORDINARIO
PROFESSORE PUBLICO.

publicè ventilandam proponit
d. 5. Nov.
JOHANNES MULLERUS,
Brunovicensis.

JENÆ,
Typis Sengenvvaldianis,
ANNO CIC LIX.